



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Officium Pvrissimæ Et Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ

Coloniae Agrippinae, 1649

Ad Completorium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55144)

in Conceptione B. Mariae. 13

teveniat. *Oratio.* Sancta Maria.
num reliquis ut supra fol. 4.

AD COMPLETORIVM.

Versus.

Conuertat nos, Domina, tuis
Precibus placatus Iesus Chri-
stus filius tuus. Resp. Et diuertat
iram suam à nobis. Vers. Domina
in adiutorium meum intende.
Resp. Me de manu hostium po-
tenter defende. Gloria Patri.

Hymnus.

Salve Virgo florens,
Mater illibata,
Regina clementiæ,
Stellis coronata:
Supra omnes Angelos
Pura, immaculata,
Atque ad Regis dexteram
Stans veste deauratâ.
Per te, Mater gratiæ,

Dul-

Dulcis spes reorum,
 Fulgens stella maris,
 Portus naufragorum.

Patens cæli ianua,
 Salus infirmorum,
 Videamus Regem
 In aula Sanctorum. Amen.

Vers. Oleum effusum, Maria,
 nomen tuum. Resp. Serui tui di-
 lexerunt te nimis. Vers. Domina
 exaudi orationem meam. Resp.
 Et clamor meus ad te veniat. Ore-
 mus. Sancta Maria. *cum reliquis*
ut supra fol. 4.

Vers. Domina exaudi orationem
 meam. Resp. Et clamor meus ad
 te veniat. Vers. Benedicamus Do-
 mino. Resp. Deo gratias. Vers. Et
 fidelium animæ per misericordi-
 am Dei requiescât in pace. Resp.
 Amen.

Com-

Commendatio.

Supplices offerimus
Tibi, Virgo pia,
Has Horas canonicas:
Fac nos vt in via
Ducas cursu prospero,
Et in agonia
Tu nobis assiste,
O dulcis Maria. Amen:

Deo gratias.

Sequens *Antiphona à Paulo V.*
Pont. Max. approbata est; qui eam dē
vnā cum Oratione de immaculata
Virginis Conceptione recitantibus
centum dierū Indulgentias concessit.

Antiph. Hæc est virga, in qua
nec nodus originalis, nec cortex
actualis culpæ fuit. Vers. In Con-
ceptione tua, Virgo, immaculata
fuiſti. Resp. Ora pro nobis Pa-
trem cuius Filium peperisti.

Ora-

16 *Officium in Conceptione B.M.*

Oratio.

DEUS, qui per immaculatam
Virginis Conceptionem dig-
num Filio tuo habitaculum præ-
parasti: quæsumus, vt sicut ex
morte eiusdem Filij sui præuisa,
eam ab omni labe præseruasti, ita
nos quoq; mundos eius interces-
sione ad te peruenire concedas.
Per eundem Dominum nostrum
Iesum Christum filium tuum, qui
tecum viuit & regnat in vnitate
Spiritus sancti Deus, per omnia
sæcula sæculorum, Amen.



OFFICIUM

PARVUM

ANGELI CUSTODIS.

AD